



# SYLLOGES CONTROVERSIARUM,

*Disp. I.*

## De Studio Theologiæ.

### I.

**T**heologiæ studium, ut studiis cæteris omnibus eminentius est, ita animo sanctiore qvam cætera omnia tractari meritò debet. Exod. III. 5.

II. Huic studio qvoties incumbitur, Spiritus S. in verbo lecto gratiâ suâ præsens est, illudq; ad finem salutarem, quantum in se est, dirigit. Jac. I. 17. II. Tim. III. 16.

III. Nunqvm igitur Theologia, qvocunq; modo accepta, dummodò ex S. Literis hausta, mero naturali studio comprehenditur.

IV. Etiam irregenitorum Theologia, è S. Literis accedente humano studio comparata, est à Spiritus Sancti gratiâ. I. Cor. II. 14.

V. Qvamqvm ob impedimentum, ab homine positum, non semper ad gratiam usqve sanctificantem procedat. Act. VII. 51.

VI. Majori ideò jure Theologia, etiam in impio existens, vera Theologia, si S. Literis conformis sit, dicenda est, ac Theologia naturalis, qvam veritatis nomine dignatur Paulus, Rom. I. 18.

VII. In eminentiori tamen significatu Theologia cum pietate conjuncta veræ Theologiæ titulum meretur, dum simul finem, omni Theologiæ præstitutum, actu ipso possatum in se complectitur. I. Joh. II. 4.

IX. Non necessarium est Theologo, ut apodicticis semper utatur argumentis.

A 2

IX.